



**Gouda, elegantiss. Hollandiae Opp. ad Isalam amnem ubi
Goudam flu. a quo Oppidum nomen habet, absorbet 1585.**

<https://hdl.handle.net/1874/349721>

GOVDA, elegantiss. Hollandicæ Opp. ad
 Ifalam amnem, ubi Goudam flu. à quo
 Oppidum nomen habet, absorbet. 1585.



1. S. Jans Prochie.
2. Casteel afgebroken.
3. Die Craene.
4. Die Sluys.
5. Verlaet.
6. Tolhuys.
7. Die nieuwe Sluys byten der Staat.
8. R. abar.
9. Noot Gods Capelle afgebroken.
10. Ons lieue Vrouwen Cap. afgebrok.
11. S. Barbhel Capelle.
12. S. Jacobs Capelle.
13. S. Remigius Capelle afgebroken.
14. Ierusalens Capelle.
15. Minre Broeders Closter, afgeb.
16. Reguliers Closter afgebroken.
17. S. Margrieten Closter afgebroken.
18. Die arme Fratres.
19. Celle broeders Closter Nu het school.
20. S. Caterine Closter.
21. Agneten Closter.
22. S. Ma' Magdalenen Closter.
23. S. Clara Clost.
24. Nonnen op't Goude. Nu Leprosen.
25. Collatie Broeders. Nu H. Gheest.
26. Doel Portken.
27. S. Catharinen Gasthuys.
28. S. Lijbetten Gasthuys.
29. Onser Vrouwen Gasthuys.
30. De Oude Mannen.
31. Het Verlaetken naer t'Veen.
32. Den Hanenprazij oft de overdracht van Turf.
33. De Wijnmarckte.
34. De Turfmarckte.

GOUDA



GOUDA, sexta in statibus Hollandiæ ciuitas, vrb̄s celeberrima, & secundum nominis etymologiam, vrb̄s aurea, siue situm & amentatam Barauis agris, in qua edificata est, siue multiplex aquarum commoditatem, qua irriguâ passim est, species. Vnde Chrysopolim auctor quidam non inelcgans, patriam hanc suam nuncupat. Hæc circa annum salutis M. C. C. LXXII. sub Florentio V. Vilhelmi Rom. Regis filio, Comite, a quo ciuibus primum priuilegijs donata, condita à Isala fluminis ripam, situ, quam pericundo excellens, idque hæc, ut constat, occasione, olim quippe, Rhenus alio ostio fluminum mari se coniunxit. Nam ad armentarium Rom. C. Caligula speculum, postea artem Britonum dictam, in maritimo litore, pago Cacethorum, vulgo Cahvick, ea parte qua Rhenus, modico, ut Plinius loquitur, Alatio in mare se effundebat, cui proximus ostio Rheni impostitis pagis, Rheinsburg, id est, Burgum Rheni arx, certo indicio flumen huc olim Oceanaum petere solebat, dubio procul est. Porro meatum hanc inter medium inter duo Rheni ostia. Helinum scilicet & Fleum, qui ab oppido Rheino, prope Dorestadio à tergo Bataniam, vsque in Oceanaum perpetuo decurrit allucit hoc modo oblitum esse, (ut ait Cornelius Aurelius, Erasmi Rotterodami quondam præceptor in suo de Batavia libro primo) haud semel ex vetustissimis tractatibus Chrononicis legitur: tempore etiam Hungeri (qui vadecimus à B. V. Villibordo præfidebat Episcopus) cum Dani iuxta S. Friderici propheticam Traiectum, rotamque Hollandiam hostiliter deuasissent, vsa sunt in cælo stella, inter se concurrere fulgura Iouisque telorum acris stridere: flumina supra modum augeti & crescere, quod vique non tantum ad præfens damna inferre, verum etiam & aliqua significare futura. Isidorus restatur. Quid miris: tanta Circo diuisio flante, facta est in Cathvico, versus Leidam maris inundatio, ut ad Traiecti moenia pisces marini caperentur. Surfum quoque Rhenus tum grandi pridem nunc peractus, veterem secum Lortanis adducens taggediam, conuersus est retrorsum, qui dum (concurrentibus inuicem aquis ventorum violentia) in mare decessum non haberet, omnes propè egressis ripas, nudi adit continentem, mox pecora inuolans & homines, tristem vbiq; sui excusum relinquebat imaginem: ita, ut etiam ipsa sit Ambiorum Batua, Deucalionis scilicet luges in nouata. Tum a bores syluæque propter marini gurginis faldem arefacta, tandem effactis vitibus, venorum turbine sunt disiecta, quas ad hæc quoque diem vidimus, apud veteres æquas, alibi que è terre visceribus erui, & in cuius incisas, sacris domorum tectis regulatis coaptari. Hoc igitur mali afflicto, & animo consternati omnes, qui circum circa morabantur Barauis, scilicet & Traiectini, Barauis quoque Hollandi sibi posterisque suis de maiori periculo preuisuri, deliberato diu censuræ decreto, ut ab vrbe Dorestadio, ab vtraque ripa modici amnis, à Rhenio deorsum Viennam versus stillantes, (Lecam dicunt) aggeres contruerent, & in eo effossis rudribus manu facto metu Rheni fluencia descedere, quo vnanimi studio, ardentique opera, & plurimis denique impensis pro communi utilitate elaboratum est, & efficaciter absolutum. Hactenus ille: Hinc duo flumina celebrata, Lecca scilicet & Isala, qui se diuersis meatibus in Mosam exonerant, enata sunt, itaque cum non pateret deinceps libera nauigatio, & exiit per intermedium, antiqui Rheni ostium (quod deinceps volentibus annis oblitum fuit per maris æstum) ad mare per alucos & fossas flumina circumducta sunt, atque eo loci, vbi nunc Gouda, fossa incuruata & flexuosa, que etiam nunc Gouda appellatur, & oppido nomen dedit, à Rhenio Leidensi, ad vitandam mare, & remotiora loca deducta est: Obiecto tamen repagulo, quod vulgo S. Iuliam vocant, ne fluxu Isale campi inundarentur. Hoc occasione, tuta nauium statio, eo loci orta, vbi telonium Comitum, & ad telonij defensionem arx habebatur, habitatores & diuersoria aliorum excitata in agere, & noua coacta societate, tanta demum incrementa sumpsit, ut palustris locorum agrestes perest, qui variis locis sparsim habitabant, ad aggerem situ tumorem & magis commodum conuenerunt, & Ecclesiam suam parochialem, quam in palustribus propinquum lignam habebant, eo translata: Extat eiusdem Ecclesie veteris monumentum, quod hodie antiquum coemiterium appellant. Ad quod prædicte ascensionis Dominij, in diebus Rogationum solennis processio, de more, celebrari solet. Quæ quidem confociata agrerum Batavorum multitudo, loci oportunitate, vsque adeo, breui tempore excreuit, ut iustam opidi formam, fossa ac moenia loci ipse desideraret, quæ sub Florentio Comite prædicto primum sunt edificari coepit. Deinde vero Bl. f. scenses Comites, ex Hannonensium Comitum stirpe nati (quorum ditionis postmodum Gouda est facta, per hæreditatis diuisionem, ceptam per Ioannem Hannonensium Comitem, eiusque fratrem Bleffensium, qui Florentio filio Ioannis, masculo hæredis deficiente successit) cum animaduerterent propter opidanorum frequentiam ac quotidianas accessiones, plurimum augeri Goudæ pomeria, latiori spatio circumscripturæ, ea nimium amplius ne, quæ è modo videndam exhiberet. Cæterum, propter frequentes fluminis Isale inundationes, solaris subinde aquarum vi aggeribus, quæ vastissimo aluco, Rheni fluencia excipiebatur, fluminis superior decursus, non procul à Vienna, loco, qui hodie appellatur nbus Obex, vulgo *der houer Dam*. In pago Flectem consensu Ioannis Nassouij Episcopi Traiectensis, à prædicto Comite Florentio oblitus est. Hinc successa temporis factum, ut à Gouda, vsque ad fluminis superioris ostium circa veteres aquas, Monforium & Ilst. idum latissimi campi modo conspiciantur, iniecta per inferius ostium maris æstu, paulatim gleba, vbi vastissimus olim alucus fuit, bi nunc sata & armenta conspiciantur, exiguo relicto fluminis aluco. Hæc autem ciuitas medium quasi locum inter Batavorum mutationes obtinet, celeberrimis vndique, & florentissimis si para vrbibus. Nam vno quodam modo intuitu. Veteres aquas, Bellum portum Scothouiam; VVoudam, Rotterodamum; Delfos; Leidam (quam Lugodunum Batavorum Ptolemaum dicere existimant) facile in uertur. Pinguis vndique, amœnissimique cingitur passus, fossatis vndique d. fluitis aquis herbæ peccati noxias ager non alit, ne die dieque vacas lacte distentas, sine vilo gratioris in commodi metu, pasci in circuitu videt. Quarum admirabili fecunditate, omnis frumentorum penuria, ut & per vniuersam Batauiam, vberimè compensatur. Quamquam & hic velut in omnibus Hollandiæ vrbibus frumenta nou desint, ostromarina nauigatione id commodi suppeditare. Quemadmodum nec Linum Goudanus ager producit, & tamen præstantissima tela linea abundat. Probit etiam olum, cum Anglia non pannum, sed Lanam mitteret, pannos quoque Lanæ, sicuti & in omnibus Hollandiæ Primarijs ciuitatibus concinnabatur, & Germanis ac Hispanis subministrabat. Coetum quoque Hircinum in vsum vellium præparabat, priusquam Colonienfes illam artem à Batavis didicissent. Aedificia habet tam priuata quam publica præcellenti apparatu constructa. Peragultam in primis, & magnificam Ecclesiam, quæ vnica in vrbe Parochialis est, & media quasi vrbe tam ampla conspiciat, ut simlem, (vrbica Harlemedsi excepta) non alibi exhibeat Hollandia. Magnitudine enim Metropolitanam Coloniensem Ecclesiam, aliquot pedum mensura excedit, cuius olimate conspiciantur, propter amplitudinem & ornatum admirationi erat, habebat altaria quin quaginta duo, Campanariam habet turrim altitudine & pulchritudine præclaram, in qua campanarum harmonia pro temporum festorumque mutatione, vana modulatione editur. Hanc autem tam conspicuam & amplam Ecclesiam, iam secundum rabidus deformauit Vulcanus, Anno nimirum 1458. incendio, quod opido cum Ecclesia erat commune. Et anno salutis 1522. fulmine tacta, sola perijt, locis circumque vicinis plane illegetis. Post hoc autem postremum incendium, solis Opidanorum impensis, & oblatione auiuua, quæ de dicatōnis die, dominica post decollationis S. Ioannis penditur, pristino nitōri & magnitudini restituta, intus elegantissimis, præstantissimisque fenestris vitreis depictis excellens, qualis vix alibi conspiciuntur sumiles, quas quidem fenestras Opidani, funesta etiam ætate, quæ in picturas & statuas immaniter scuit, annua restauratione conseruant. In foro triangulati Ecclesie Parochialis vicino, admodum amplo, vbi ter annuatim celebres habentur nundinæ, iustularis & ciuica domus est, quadrato ad normam secūto lapide eleganter constructa, cui amplius in circumferentia locus relinquuntur: habetque hæc prætoria sua sic Iuridicando & senatus consulti habendis, distincta ornata triclina, ut pulchriori ordine constitui non possent. Sub ipsa ciuica domo (ascendunt enim ad eam per Gradus lapideos, eleganti circumferentia ornatos, vbi edicta & plebsuta publicantur,) in posteriori parte macellum est publicum, elegantissimis fornibus ornatum, in anteriori armamentarium. Iude concamerata planities strata, quæ lapideis columnis sustentatur, prætorii annexa, in qua spectant pl. be, supplicia de condēnatis sumuntur. Habuit præterea hæc vrb̄s ante motus hosce publicos & Caluinisticam rabiem, monasteria virorum quatuor, Et sex; virginum, Xenodochium nunc etiam habet vnum amplissimum, Hospitalia quatuor, & alias pietatis officinas, in quibus viris & foeminis ætate & senio confectis, pueris etiam expostitis; charitatis & misericordiæ opera testantur; Item, oratoria elegantia sex, Et Leprosorium cum Ecclesia extra mœnia. Hæc autem monasteria & oratoria, aurorum pietate excitata & fundata, nunc partim sola aequata, partim direpta in priuatos vsus conuersa, ruinosæ sunt & deserta, Caluinistica furia, Quemadmodum & arx Principis, quæ ad Isala ripam probe munita fuit, vnica tantum turri relicta, in qua Comitum Hollandiæ priuilegia conferuantur, quæ certo delectu singulis annis a deputato per Magistratum commissario, assignato in hoc annuo sexcentorum florentinum stipendio, discurrunt, & reuidentur, ne situ inereant. Habebat præterea Goudo catechisticas scholas, in quibus iuuentus ad pietatem gratis erudiebatur, Sed hæc pietatis officina, simul cum omni pietate per Caluinisticam rabiem sunt euerse. Tanta insuper æris salubritate Goudani fruuntur, vt rarè pestis grauentur contagio, cui quidem rei; aquæ perpetuè fluxu, atque refluxu remeantes, non modice conducunt. Fluuius etiam duobus decoratur, Isula nimirum, & eo, qui vbi cognouimus est Gouda, Quorum alter lunæ moribus, & Oceani æstu agitur; Alter, vbi moenia primum latis & per amplis fossis muniuit, ad mare vsque, placidissimo traflu expatiatur, ac variam negotiarioribus commoditatem præbet. Magno etiam ciuium quaestu, cereuisia Goudæ conficitur, qua Hollandicum solum neque colere, neque sapore alibi pstantiorem propinat. Ad bellorum denique violentiam propulsandam, & obsidionem auerendam, situ & opere Gouda commendatur, cum maioribus machinis nullas ad eam detur accessus, nisi temporibus hybernis, & ne tum quidem sine magno periculo, in duobus tantum aggetibus, quibus munitissima singulis propugnacula iam dudum obijciuntur, quin & cataraclatum solutione, viginti quatuor horarum tempore, vicinos agros latos inundare potest. Quo accedit, quod foueis maximæ & profunditatis & latitudinis cingatur, quæ ab expugnationis metu eam liberant. In his autem foueis, iustæ magnitudinis glebæ ex iud ascendere, atque in superficie natæ videntur; De quarum conditione, plura indice.